

saluus esse possit , nullibi tamen in eo con-
cilio peccatorum absolutio denegata refertur
quod nimis hoc nunquam fieri soleat, nisi
cumquis sit impenitens & in peccati mortalis
statu desideat . Eucharistiæ vero sacramenta
sine peccato denegari potest, quod eius sump-
tio ad conciliandum iustitiam, sicut Sacramen-
tum pænitentiæ, non sit necessaria. Porro li-
cet hæc parua sint, ac proinde pænis tempora-
libus intorquenda fidelibus , peccare tamen
mortaliter ignorantem [absit contemptus] per-
suaderi non potest. An vero recte fecerit co-
cilium Remese, quod scimus provinciale fuisset,
orationem dominicam & Symbolum me-
moria non retinentibus, Eucharistiam denegando,
alii dijudicent, ego profecto pios ho-
mines, & qui eadem memoriæ tenuitate con-
tinere nō possent, ullum Ecclesiasticum sacra-
mentum denegare non ausim, cum ad ea me-
moria retinenda, nullo præcepto aut necessa-
ria ratione constringatur fidelis, immo vero,
cum Christus, solum illa generalia principia
quibus implicite aut virtutem tantum continen-
tur, & post Christum Paulus, hominibus ad-
salutem necessaria præscripserint : iam quan-
tumcumque ignorantia orationis dominicæ,